Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26566
Copyright: Admont, Benediktinerstift

benedix. dedit discipulis suis. accipite 7 manducate ex hoc omes. hoc est corpus meum. Similiter postea quam cenatum est. accipiens 7 hunc preclarum calicem in sanctas ac uenerabiles manus suas. rursus gratias agens. benedixit. dedit discipulis suis dicens. accipite 7 bibite ex hoc omnes. hic est calix sanguinis mei noui 7 aeterni testamenti. mysterium fidei qui pro uobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hec quotiens cumque feceritis in mei memoriam facietis. Vnde 7 memores sumus domine nos tui seruuli. sed 7 plebs tua sancta xpi filii tui dni dei nri tam beate passionis nec non 7 ab inferis resurrectionis. sed 7 in celos gloriose ascensionem offerimus preclare maiestati tue de tuis donis ac datis. Hostiam puram. Hostiam sanctam. Hostiam immaculatam. Panem sanctum uitae aeternae 7 calicem salutis perpetuae. Super quae propitio ac sereno uultu respicere dignetur 7 accepta habere. sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti abel 7 sacrificium patriarchae nri abrae. 7 quod tibi obtulit summus sacerdos tuus melchisedech sanctum sacrificium immaculatam hostiam

Hic tres cruces superuenerunt si mul fac. iii. super oblatam. v. super calicem.